



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

55. An Ecclesiastici, & religiosi peccent semper venando, & teneantur  
restituere animalia capta? Ex p. 9. t. 9. & Misc. 4. r. 40.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

tentia, est in manu & arbitrio iudicis; sed eligere & determinare hanc partem litigantem, pro qua feratur sententia, est favor pendens ex voluntate iudicis, & est pretio estimabilis, quia est valde utilis litiganti, & simul est coniuncta cum aliquo incommmodo iudicis, quia perdit gratiam & amicitiam alterius partis: ergo iusle potest iudex pro eo fauore preium accipere. Secundò, quia hic non datur acceptio personarum, quae iustitia distributio opposatur: hic enim iudex videtur esse liber ad faciendum quod voluerit: vnde illi parti, a qua preium petitur, & accipitur, nulla sit iniuria in eo petendo, quia petitur propter quae non est ei debita, vel alioquin est ei utilis: ergo talis donator voluntariè donat; ergo res accepta a iudice ex duplice titulo ab eo retineri potest: primò, titulo pretij iusti; secundò titulo liberalis donationis.

4. Sed re melius considerat: ego nunc sententia negativa adhucero, quia actus iustitiae est inveniensibilis, & vt iudex non potest manere suspensus; sed tenetur ex iustitia pro aliquo sententiam ferre, inquit tenetur ex officio se determinare ad unam partem: ergo gratis, nam in ea determinatione consistit exercitium sui munieris. Sed si aliquis veller stare in supradicta Lessij sententia cum, ut dictum est, adiutorio prohibitio iuri poenitentiæ munera acceptance. Quæritur an iudex munera recipiens in casu de quo loquimur, teneatur restituere ante sententiam condemnatoriam iudicis? Respondeo negatiuè cum Fagundez ubi *súp. num. 32, iusl. num. 33, in fine.* Sed ego ut dixi Lessij sententiam modo non admitto. Verum ex his nota hic obiter Iudices, & Ministros publicos accipientes munera Sed, & in res. sola lege positiua sibi prohibita non esse obnoxios res. & statuunt in foro conscientia nulla expectata sententia in Ref. 90. & tia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio & gratitudine. Ita docet Molina ram §. Præteriti huius ref. & alte rius annor. qu. 7. art. 1. ad 2. Sylvestris verb index: 1. numer. 3. q. 8. & alij. Quia haec donationes scilicet lege humana positiva illas prohibente, stando in solo iure naturæ, validas sunt: sed leges positiva tam iuri communis, quam aliorum Regnum, licet illas prohibeant, non illas invalidant. Ergo non tenentur iudices illas ante latam sententiam restituere.

## RESOL. LIV.

*An quando prouisio fit per concussum, si quis eligat dignum, omisso digniori, teneatur ad restitutionem?*  
Et an in foro ex iure dicta electio fit nulla, & subreptio, & conquerentia digniori, an debeat renocari collatio fidei digni? Ex p. 4 tr. 4. & Msc. Ref. 210.

sup. hoc in §. 1. A ffirmatiuè responder Molina de primogen. tom. 3. tr. 3. lib. 2. cap. 25. num. 59. Gutierrez canon, quaref. 104. in sionum lib. 2. cap. 12. num. 55. & seq. Vaquez opus. de fine, & in ref. benefic. cap. 2. §. 3. num. 117. Fernandez in examin. Theolog. moral. part. 4. cap. 4. §. 1. num. 2. & alij; quia in tali & in ref. 108. casu eligens dignum, omisso digniori, non solum peccatum, & difficult. cat contra iustitiam distributiam; verum etiam contra communitatiam ortam ex illo, quasi contractu proueniens ex edicti propositione, & ex fide in illo data.

2. Scio Martinum Ledesmar 2. 4. qu. 18. ad fin. ver. Secunda conclusio, Mercadum de contract. lib. 6. cap. 17. §. 7. an si dizen los Theologos, ver. esto no lo siguo. Garciam de benefic. part. 7. cap. 16. Naustrum in manuali cap. 17. num. 74. rev. nec obstat, & alios contraria sententiam probabiliter docere; sed tu ne discedas ab opinione affirmatiuè, tanquam probabi-

li, & tertiiori; quod autem in foro externo dicta electio fit nulla, & subreptio, docet Azuedus cors. 9. n. 30. & declarans Rota in una Tudenensi 18. Aprilis 1603. coram Socrato; & in una Deriunensi 18. Decembris 1581. coram Giptio; & observat Beltraminius in anno. 1603. ad decisi. 11. Gregor. XV. unde Io. Valerus in differenti. 4. n. 4. adiutorio, & virtus, ne fori; ver. electio, differenti. 2. n. 4. adiutorio, & conquerente digniore renocari collationem fidem digno de beneficio curam animatum habent medianum concursum, &c.

## RESOL. LV.

*An Ecclesiastici, & Religiosi peccant semper venando, & teneantur restituere animalia capta?* Ex p. 9. tr. 9. & Msc. 4. Ref. 40.

§. 1. C aus passim potest accidere, & ad illud sic crespender Pater Dicastillus de iustitia, lib. 2. tractat. 2. disp. 9. dub. 10. n. 300. Altero quod Ecclesiastici, qui contra prohibitionem ipsi factam ratione sui statutus venantur, raro peccant mortaliter proper solam venationem, & animalia capta restituere non reventur. Hoc ultimum satis manifestum est; quia cum animalia sint communia, & per probationem non sunt incapaces dominij, sua faciunt, quæ capiunt sine onere restituendi. Primum vero probatur quia venatio sine tumultu & apparatu, illis non prohibetur; ac proinde sèpè potest esse licita, nisi ex aliis circumstantiis sit culpabilis. Deinde nec venatio cum apparatu ut illis prohibetur, nisi sit frequenter. Si tamen venatio frequens, præterim si domi habent aues, canes venaticos, & famulos venatores de mortali timore debent; quia prædictis iuribus inituit Religiosi hoc illis videtur prohibitum sub graui suspensione pena. Non tamen audeo eos mortaliter damnare ob solam venationem; quia nec Auctores eos damnare audent. Nam Caeteranus verbo. Clericorum peccata, sceluso scandalo, & contumacia, generaliter docet non peccare mortaliter. Ita etiam Bafez 2. 1. qu. 64. articul. 1. dub. 1. in fine. Sylvestris venatio, etiam non audeo damnare, & Naustrus de Regular. comment. 4. num. 26. propter alias indecentias mortaliter damna. Molina vero disp. 44. Care, inquit, ne ex solovenationis capite facile dannos Clericos culpe lethalis, Lessius etiam dub. 9. non obstante quod num. 40. dixerit propter iura citata frequentationem esse mortale peccatum, num. 41. ait, ordinari non esse nisi tantum venatio, modò abit scandalum, vel periculum occisionis, vel mutilationis. Rebellius autem ref. 2. num. 10. de mortali, inquit, timere debent, si venatio clamorosa, & frequens sit, ratione videlicet scandali, quod refutare potest, in quo scandali entuunt videret procedere pena suspensionis posita cap. 1. de Clerico venatore. Ex quibus Auctoribus & aliis multis recentioribus concluso, frequentem venationem cum apparatu prohiberi Clericos sub illa graui pena propter incommode, quæ consequi illam solent, subtrahendi se ab aliis munib; verbi gratia dandi elemosynam, predicandi recitandi, studendi, vel assistendi Choro, vel administrandi Sacramenta, & ob periculum etiam celebrandi inquietudo, aut tumultuantis spiritu, & hac occasione diuendendi canes, & aues in Ecclesiam, & Chorum sub scandalo aliorum, & impedimenti attentioni debet, quod non semel mihi vidisse concingit. Seclusus tamen his omnibus non videntur mandandi peccati mortalis. Hucusque Dicastillus.

2. Sed non deseram hic etiam apponere verba Partis Galparis Hurtadi de iust. disputation. 1. diff. 25. sic supradicta assertentis: Tertio, est illicita iure Ecclesiastico Clericis, vel ecclesiasticis, & Religiosi venatio animalium terrestrium, & volatiliuum,

tilium. Quia ratione status facri est ipsis prohibita Clericis in c. 1. & 2. de Cler. venatore, & in Trid. s. 2. 2.4. c. 12. de reformat. & religiosis in Clement. 1. de statu Monachorum. §. Porro: est autem religiosis prohibita qualicumque venatio, adhuc ea, quae non est clamorosa, & quae non est cum strepitu: mox eis etiam videatur prohibitum interesse tali venationi, quamvis id ne- gent committere Doctores, Clericis vero tantum est prohibita venatio clamorosa cum magno strepitu: canum, & armorum, quae fit per modum consuetudinis; vnde quae non est dicto modo clamorosa, non est ipsis prohibita, nec ea, quae est dicto modo clamorosa, si non fiat per modum consuetudinis. Venatio autem Clericis, & religiosis prohibita, est peccatum sacrilegij contra obseruantiam sacram, seu Duliam, vt potè prohibita intuitu status facri eorum: non contra virtutem reli- gionis, eadem ratione, & proportione, quia tractat de Incarnatione disfusat. 10. difficultar. 8. diximus, irre- verentiam eis factam non esse contra Religionem, sed tantum contra Duliam sacram virtutem minorem Religionem, sed non erit peccatum mortale, vt aduertunt Saloniūs 2. 2.9. 6.4. art. 1. Valentia p. 1. & Lef- sis e. 5. dub. 9. quia dicta venatio præcise, ratione sta- tus facri prohibita, seculo quocumque alio, non vide- tur graueriter dissona rationi. Hæc Pater Hurtadus, vir inter Theologos Inclite Societatis Iesu, & nostri cuius doctissimus, quem cum magno cordis dolore intelligo, dum hæc scribo, cum obiisse, & quidem res publica literaria magnum vitum amisit, & ego amicum mihi valde additissimum.

## RESOL. LVI.

An quis venando, vel pescando in locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel pescari teneantur ad restitutionem? Et quid si venatio sit in loco circumscripto, & clauso? Et ita venantes an peccare mortaliter, vel tantum venia- liser? Ex p. 9. tr. 9. & Mifc. 4. Ref. 59.

§. 1. Causa est practicabilis, & ad illum affirmatiuè responder Bonacina de ref. 9. 3. punct. 7. num. 22. quia venando peccat contra iustitiam, & facit contra ius illius cui referuata est venatio, sed qui peccat contra iustitiam tenetur ad restitutionem damni quod patitur is, ad quem ius venandi pertinet non quidem habita ratione valoris animalium, sed habita ratione damni, vel lucri cessantis, &c. & ad rationem Vasquez responder. Venatorem, seu Piscatorem non teneri ad restitutionem ed quod præcise rem communem accipi, sed violat ius, quod alter habet à Communitate ad capienda res communes: alioquin sequeretur, capientes res Communitatis, aut Piscantem cum magno Communitatris detrimenito, aut facientem magnam li- gnorum stragem in sylva communii, non teneri ad restituitionem, quod est falsum;

2. Sed contra Bonacinam merito insurgit Joseph de Ianuario in Resolutionib. moralibus. part. 1. refol. 67. per toram, defendens opinionem negatiuum Valquez, & Lessij, qui tamen limitat hanc sententiam ad casum in quo faciat magnam devastationem ferarum, quia tunc (inquietum) ludit ius alterius, cum tollat materiam venationis, aut pescationis, quam dominus illius loci poterat exercere. Deinde, quia illa devastatione, aut crebra venatione factum est ut locus ille parvus estimetur, & minus fructuosus redditus: ergo damnum illatum est. Molina vero probat, quia ex tali venatione damnum, & lucrum cessans domino subsequitur, si plura animalia per ipsum, vel per suos forent capienda, nisi ea ab alio iniuste essent capta. Cum vero tot remanent, ut

Tom. VIII.

non esset plura capturus, quām capiat, nulla est restitu- tio iniungenda, quia tunc venatio solùm in iniuriam, non verò in damnum celsit: pro iniuria verò præcisa à damno, non debetur restitutio, sed pena.

3. Sed mihi placet opinio doctri Patris Diecastilli de ius. lib. 2. tr. 2. disp. 9. dub. 10. n. 308. qui putat huicmodi damnum non esse contra ius domini, & multo minus contra ius locatoris sylva, aut loci illius, arque adeo neque contra iustitiam. Consequenter ad nullam restitutioem huius damni, etiam magni, teneri ante sententiam iudicis, quia dominus fundi non habet dominus ad rem circa animalia illa, quae iure gentium sunt com- munia, & nulli per legem appropriata: vt concedunt Autiores apposita sententia: ergo qui ea capi, non capi aliquid; quandiu illa animalia manent in eo statu. Lex autem, titulus quem habet dominus, solùm dat illi ius ad licite, & impunit capiendum animalia to illo ambitu, aut nemore, & ad prohibendum, & multitudinem pena aliqua eos, qui ingrediantur venatio, & hoc tantum ius, est quod conductor emit, aut conductus à domino illius loci. Qui autem ibi venatur, non impedit hoc ius venandi, quia quoad hoc liberum dominum telinquit, sed impedit confectionem, & facit iacturam huius animalis, ad quod non habebat ius dominus fundi, nisi media apprehensione. Ergo sicut qui loco communi prohibito, & etiam in non prohibito capit quod alter capturus erat, nihil tenetur re- stituere, ita neque iste, sed tantum tenetur post sententiam solvere penam. Confirmatur, quia si dominus lo- ci, vel eius conductor ante apprehensionem animalium haberet ius ad illa, & ad illos solos pertineret, non possent alii venatores adquirere dominium illorum solo titulo venationis, quia venatio contra ius al- terius, esset acceptio iniusta. Cum ergo venatores illi adquirant dominium animalium per venationem, vt fatentur auctores opposita sententia: inde colligitur, quod dominus non habeat ius ullum ad alia animalia, sed tantum ad ea capienda.

4. Non tamen quod supra dicta videntur, secundam aliquos procedere, venante in loco prohibito non circumscripto, nec clauso, quia de eo, qui venatur, aut pi- scatur in loco circumscripto, & clauso, vniuersaliter docente esse obligatum restituendi animalia in tali loco capta, quia centum esse propria domini talis loci, atque adeo futuru committere, qui ea venatur & conse- quenter dicendum est esse peccatum mortale in tali loco venari, nisi ex leuitate materia excusat. Sed hoc, Di- castillus loco citato n. 312. putat tantum esse verum, quando sylva, seu locus circumscriptus ita parvus est, ut dominus arbitratu suo possit, cum velit capere, & usurpare feras, aut animalia ibi inclusa; quia tunc propria centur quoad dominium, & possessionem doni talis loci, tamen animalia existant in magnis stagnis, siue riuis, aut in loco circumscripto, sed ita vasto, ut in eo difficiliter capiantur, centra sunt communia, & non propria; atque adeo ea venantes, neque mortaliter peccant, nec ad restituitionem talium animalium te- nentur. Quod inde satis confirmatur, quod animalia, que sunt in insula duarum, vel trium lencarum, naturali libertate frumenti, & sunt primi occupantis: ergo idem dicendum de salu, vel ipso amplissimo clauso etiam industria humana.

5. Nec obstat aduersus supra dicta assertere, quod ius venandi; aut pescandi, est pretio estimabile; & de facto emitur. Ergo si aliquis venatur, aut pescatur ludit aliquid pretio estimabile, & per consequens tenetur ad restituitionem. Respondeat Ianuario. Obi- sp. quod qui pescatur verbi gratia sine licentia, non pi- scatur iuridice, neque ad suum libitum, & ideò non ludit ius pescandi, qui non pescatur tanquam pore- statem habens pescandi ad suum libitum, sed pescatur faciendo contra legem prohibentem. Piscari enim tali modo